



**Conciones siue Conceptvs Theologici Ac Prædicabiles R.
D. Petro Bessæi SS Theol. Doct. Reg. Galliar. Oratoris**

De Sanctorum Festiuitatibus Anni totius, & aliis solemnitatibus - Opvs
Novvum, Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue] Scriptoribus
plenißimum, cum occurentium fidei controuersiam tractatione Editio
Qvinta. Nvnc Demvm Integre Svppletæ, Concionibvs Per Octauam Vener.
Sacramenti ...

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1629

In Festo Decollationis S. Joannis Baptistæ.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56262](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56262)

torumque contemptum, tentationum victoriam, & in aduersis patientiam ab eodem discamus: da, vt eius exemplo & imitatione, veterem hunc hominem & prauarum consuetudinum exuias exuamus, pellem item affectus & amoris erga bona temporalia, & rerum secularium concupiscentia: quin etiam eam, qua in humeris & toto corpore conuestiti sumus, si vel cum vita periculo, quod tibi debemus obsequij ac fidelitatis testandae occasio praesentetur, vt tui causa omnibus rebus mundanis relictis, in altero aeternam beatitudinem, vt operis mercedem accipere mereamur. eam nobis Pater increatus, & Filius vnigena, & ab vtroque procedens Spiritus, vnus in Trinitate Deus, donare dignentur, Amen.

IN FESTO DECOLLATIONIS S. JOANNIS BAPTISTAE.

Partitio.

1. De mulierum feritate.
2. De dictis illis S. Ioannis: Non licet tibi.
3. De Herodiadis malitia.
4. De S. Ioannis Baptistae prerogatiua.
5. De Herodis crudelitate.
6. De S. Ioannis sapientia & magnitudine.

Misit Herodes Rex, & tenuit Ioannem, &c. Matth. 14.

FIGURA

2 Paral. 26. Summus Sacerdos Azarias, zelo Dei viuens, eiusque honoris flagrantissimus in Paralipomenon libris mirificis in eorum laudibus extollitur, quod insigni & infracta quadam mentis constantia sacrilegis & profanis Ozia regis Sacerdotij dignitatem & munus, magno Dei eiusque templi honoris contemptu, temere sibi arrogantis, moliminius ausus fuerit resistere. Sed videmus hic alium, non minori zelo arden-

tem Dei seruum, & Zachariae magni filium, qui non minori celebratur praeconio, quod animose sectam Regi opposuerit Herodi, eiusque incestas cum fratre vxore nuptias, quae in diuinorum mandatorum contemptum, Sacramentorum Ecclesiasticorum & praesertim matrimonij violationem, & insigne proximi scandalum cedebant, heroica generositate coarguerit. Joannem Baptistam intelligo, qui quod veritatem tueretur, impietati resisteret, honoris diuini zelo arderet, & enormia scelera reprehenderet, caput simul & vitam perdidit. Vt latius de tam egregia materia agamus, caelestem inuocemus opem, idque intercessione sacratissima Virginis, quam idcirco Angelica salutatione impertiamur dicentes,

Ave MARIA.

Sapientum omnium Princeps Salomon I. suis in libris passim, & nominatim in Ecclesiastico de mulieris nequam moribus, narra- Nihil similia ra, & indole tractans, paucis & tribus prope le malitiae verbis complexus est, quod multis alij forte malieris libris & tractatibus dilatassent, Breuis, inquit, omnis malitia super malitiam mulieris. perinde ac si dicerent: Nulla vsquam in mundo malitia reperietur, quae cum muliebri sit conferenda. Vnde etiam Menander Comicus Graecus:

Ονηριος ο παντων αγγελος καεν γυναι. Feris omnibus aegrestior mala mulier. Menander & alio loco:

• Ιωαν λεγειν οτι γυναικες αι ποτεις. Eurip. in Phoenic. Par est Ioana & mulieris crudelitas.

Ad eundem sensum alius Poeta, & is tragicus, Euripides inquam, mulierum malignitatem describens satis atrociter loquitur:

Cum multa in terra marique fera sint, Fomina belluas feritate superat. Omnium maxime mulier fera est. Mulier enim esset atissimum malum est. Vbi mulieres, ibi omnia mala sunt.

Joannes Chrysostomus haec latius deducit, & pro sua eloquentia inductione hoc probat, Nulla, inquit, bestia in hoc mundo similis est mihi ista mala: quid leone inter quadrupedia sanius?

seruus? quid serpentibus aut draconibus seruius? sed hæc animalia in malo mulieri inferiora sunt. Exempla deinde hancce mulieris nequitiam, & animalium è cõtra mansuetudinem astruit, iustum Danielem in lacu leones reueriti sunt, iustum Naboth Iesabel interfecit: cæcus lotham in ventre custodiuit, Dalila Samsonem tradidit Philisthæis: Eliam corui pauerunt, & Iesabel eum persequatur. Vnde efficere vult, nihil esse, quod cum mulieris malitia sit comparandum.

Hebr. 15.

Spiritus sanctus hæc omnia confirmans, hoc apud Ecclesiasticum consilium omnibus suggerit, Commorari leoni & draconi placebit, quam habitare cum muliere nequam, & rixosa. atq; inde infert, mulierum perniciosarum contubernium ac commercium ipsarum beluarum siluestrium incurfu magis esse metuendum.

ibid.

Eodem in loco non absimilis ab eodem profertur sententia, Non est caput nequius super caput colubri, & non est ira super iram mulieris, in eadem ecce bilance collocat & caput serpentis, & mulieris iram.

In illud

Matth. 8.

Non expedit mulierem, &c.

Chrysostomus, quem iam sæpius citauimus, hanc iterum chordam tangens, & illum Matthei locum, Non expedit mulierem, &c. interpretans hæc explicationis loco adducit, Quid est aliud mulier, nisi amicitia inimici, necessarium malum, ineffugabilis poena, naturalis tentatio, desiderabilis calamitas, domesticum periculum, delelabile detrimentum. Non offendantur, quæso, mulieres his auditis mihi que succenseant, prudentium & moratarum honos hic nulla ratione tangitur, sed ad prauarum & improbarum confusionem hæcce duntaxat scripsit Chrysostomus, non ego.

Secundi Philosophi gnomic.

Eadem si non verbis, sensu saltem eadem, eademque in substantia, apud veterem quemdam Philosophum, nomine Secundum reperio: hic etenim interrogatus, ecquid esset mulier, hoc respondit modo, Homini confusio, insatiabilis bestia, continua sollicitudo, indeficiens pugna, quotidianum damnum, solitudinis impedimentum, viri incontinentis naufragium, adulterij vas, perniciosum praelium, animal pessimum, pondus grauissimum, aspis insanabilis. Verba sane odiosa & offendentia. Credi-

derim Philosophum hunc vna quasi fidelia vniuersa sexus huius segnoris propudia, vitia ac labes perstringere voluisse.

Refert Laërtius, vt profanis citationibus in uicis Phil. inhæreamus, magnum illum Philosophum Iosophorum.

Pythagoram, cum de mulierum natura ac moribus sermo incidisset, dicere solitum prauas duntaxat sugillando, duo in earum oculis lacrymarum genera reperiri, veri doloris vnum, insidiarum vero aliud. Docere, mea sententia, volebat, tantam capite muliebri malitiam foueri, vt, tametsi oculis prorumpentes lachrymæ doloris interdum sint testes & notæ, vt plurimum tamen illarum prodicionem & insidias quam perniciosissimas occultant.

Hoc apud Euripidem in Medea de se ipsa Eurip. Med.

testimonium ferunt mulieres: Mulieres sunt dea, mus ad bona consilia pauperrima, malorum autem omnium artifices sapientissima. Suam huc etiam symbolam alius de Græcis Poëtis, is quem iam ante produximus, Menander con-

ferat, Θησαυρός ἐστι τῶν κακῶν καὶ ἡ γυνή.

Thesaurus est malorum femina improba.

Alibi autem apud illum, velut prouerbij vicem, hic versus occupat:

Ὁ δὲ ἄνοσος, πῦρ, γυνὴ καὶ τρεῖς.

Tria sunt mala, Occensus, & ignis, & mulier.

Alius eiusdem ætatis Poëta, nescio quis, sed vir alioquin magnus, dixit, & reapse exemplis ostendit, nullum dari fingique in obre grauius aut exitiosius muliere ipsa malum posse, esse quidem maris fluctus impetuofus, ignem violentum & noxiu, paupertatem duram & intolerabilem, aliaque esse, quæ quidem perpetu grauia forent, nihil vero femina deterius esse aut cogitari posse: esse quidem eam malum adeo tetrum, verbis vt exprimi aut calamo nequeat, &, quod si Deus aliquis mulierem formauit, is seopificem malorum esse sciat maximum, & hominibus inimicissimum.

Si durum & graue auribus vestris accidat sexus huius probra excipere, & quidem è profanorum auctorum scriiniis, paucis & verbo idipsum è sacris litteris declarabo. Magnus ille Propheta Elias, iam laboribus ex-

3. Reg. 19. hau-

haustus, & quodammodo sub eorum onere fatiscens, & impiæ Jesabelis, mulieris, si qua vsquam ad omnem impietatem feritatemque edoctæ, rabiem declinans, sine vita mortemque summa animi contentione, totisque votis à Deo supplex exoptauit, dicens, *Sufficit mihi Domine, tolle animam meam, neque enim melior sum, quam Patres mei.* Res mira: Propheta hic vnicam veretur mulierem, qui vel verbo ignem cælo deuo casset, qui post tricennem ac semestrem ariditatem imbrem precibus impetrasset, qui oratione mortuum ad vitam reuocasset, aliisque plurima prodigia in terra Israel operatus esset.

Exploratissimum est ergo, mulieris nequitiam merito semper optimo cuique esse metuendam, & illam viris sanctissimis maxime semper formidabilem fuisse, illamque variorum per orbem malorū, ærumnarum, calamitatum seminarium ac fontem existisse, quod vt persuadeam, aliunde mihi exempla arcessenda non sunt, Euangelium præfens nobilem quamdam dabit instar omnium futuram. Hic namque videbimus Herodiadem mulierem, omnium mea sententia & sceleratissimam & deterrimam necem moliri, in innoxium sanguinem conspirare, Herodem ad nefas pellicere, regi incestuoso concubitu copulari, ad Prophetas de medio tollendos illum nequiter impellere, & tantum moliri, Joanni Baptistæ viro sanctissimo vt certum in carcere præcidatur. Ex Euangelij serie id discere licebit dicente, *Misit Herodes Rex, & tenuit Ioannem.* Ipse in duas vniuersum partis disperit, prima Herodiadis nequitiam & Herodis immanitatem prosequar, altera Joannis Baptistæ tum virtutes, tum martyrium deducam.

Primam ergo vt aggrediamur, & historiam iam inde à sui exordio ac fonte arcessamus, nouerimus necesse est, tres vniuersum Herodes in Scriptura nominari; Primum Ascalonitem, qui paruulos ad necem est persecutus; secundum Antipam, qui & Joannem capite minuit, & Redemptorem in die parasceues, alba ad ludibrium indurum veste, eum vt fatuum suffigillando, risu omnium sannisque militibus exposuit; ter-

tium denique Agrippam, qui Apostolum Jacobum de medio sustulit, & Petrum in carcere compegit, ei necem pariter illaturus, ni misso eoditus Angelo eum Deus inde duxisset. Herodes ergo Antipas cum fratris Germani etiamnum viui uxorem nefario matrimonio sibi iunisset, quod incestus erat, crimen, & maximum proximi offenculum, eius rei fama per omnes Judææ angulos est diulgata, & tandem etiam Joannis Baptistæ ad aures venit. Ille ergo honoris diuini zelo actus, & salutis animarum desiderio ardens, solitudine egrediens, regiam recta petit, regem adit, & audacter libereque peccati illius scditatem & abominationem reprehendit, dicens: *Non licet tibi habere uxorem fratris tui*: quasi diceret: Regibus quidem, qualem te esse scio, multa, in clype Rex, licent, quæ non aliis; fas enim illis est omnibus absolute præfesse, & subditis dominari, iisque leges, edicta constitutiones præscribere, iustitiæ tribunalia constituere, vna quidem manu gladium gestare ad noxios morte multandos, altera vero lauream & oliuam misericordiam ad eosdem morte eripiendos, vitæque donandos; licet illis subditos ad bellum citare, tributa & vectigalia imponere, oneraque & portoria indicere, & suo in regno ita omnia efficere, vt à solius Dei dependeant dextera: at diuina violare mandata, cœlestis legislatoris legis infringere, infanda scelera committere, & subditis scandalum creare, minime licet, quare *non licet tibi habere uxorem fratris tui.* Licet tibi quidem, Rex, habere stipatores & corporis custodes, illustres in regia viros, qui re circumstant, in scriniis aurum, in equilibus equos, in cynotrophis canes venaticos, in caucis aues alites, in cœclauibus raperia, in abacis tū aurea, tum argentea vasū, in vestibus gemmas & margaritas, gratissimam auribus accidentē harmoniam, exquisitissimos & lectissimos in mensis menses, aliq; voluptatum ac delectationum genera; at Deum ter maximum offendere, illius maiestatem irritare, in vitia præcipitare, fratris uxore abuti plane non licet, & summum est nefas, *Et non licet tibi habere uxorem fratris tui.*

Lascius veto & venerus hic Rex tā honestam & adeo ardenti de charitate proficentem correctionem minime ferens, & illa oratione exacerbarus, vnde in melius vitæ emendandæ occasionem haurire debuisset, inde est in deterius mutatus, & aduersus sanctum hunc veritatis præconem conspirans, in carceres eum coniecit & vincula. Vnde huic contigit, quod illi, de quo apud Ezechielem, *Miserunt eum in carcerem, ne audiretur ultra vox eius super montes Irael.* Joannes ergo in abditissimum detruditur carcerem, ne prædicationis eius vox, sanaque & salutaria monita ultra in Herodis impij aula audirentur.

Ezech. 19.

Num Pharisæi Joannis incarcerationi sint cooperati.

Quæritur hic, num iniqua huic & sacrilega incarcerationi Pharisæi & Scribæ sint cooperati, & Herodi in eadem assenserint? non vsque adeo exotica aut insolens hæc quæstio est, nec etiam ratione careas, neque enim verisimile videatur, Antipam, tametsi Terracham & potentem Principem in talem tantumque virum, quem olim ceu Messiam plerique habuerant, Synagogæ Principum & capitum iniussu manus impias iniicere ausum fuisse. Lyranus in Matthæum sic hæc controuersiam dirimit, *Herodes, inquit, de consilio Pharisæorum, & Iurisperitorum, vt probabiliter creditur, Joannem in carcerem coniecit.*

Eidem opinioni accedit pius iuxta ac doctus Dionysius Carthusianus in eundem Matthæi locum scribens, *Herodes de consensu, & forsitan consilio Scribarum, Pharisæorum, ac Sacerdotum, Joannem incarcerationi ac decollauit.*

In Ioan. 4.

Caietanus in Joannem commentatus idem omnino asserit, *Insinuat, inquit, Euangelista Joannes, Pharisæorum inuidiam tradidisse Joannem Herodi.* Subscribit his & Jansenius dicens: *Verisimile est Herodem neque potuisse, neque ausum fuisse capere Joannem, nisi consentientibus & cooperantibus Iudæis, quorum tunc summa erat auctoritas.* Eisdem succenturiatus Toletus addit, Pharisæis Joannem exosum fuisse, eosque proinde in vitam eiusdem conspiratione facta, suis tantum molitionibus ac machinis fecisse, vt in Herodis incidere manus. Elicit hanc ipse opinionem à

Toletus

Ioan. 4.

Matth. 17.

Christi verbis apud Matthæum, *Elias iam*

venit, & non cognouerunt eum, sed fecerunt in eum quacumque, voluerunt. Loquitur ibi de Joanne Redemptor, quem Eliæ donat nomine, de qua atque non ab Herode illum solo, sed ab aliis etiam plurimis, Scribis scilicet, Pharisæis & Synagogæ Principibus, in ergastula constrictum, & morti adiudicatum. Hinc sanctus Hieronymus in illud ipsum Matthæi caput commentatus Pharisæorum aduersus Joannem conspirationem, magni huius Prophetae morti initium & consensum dedisse testatur.

Erunt hæc rursus opinio ex illis Matthæi verbis: *Cum auferretur, quod Joannes traditus esset.* E quibus efficiamus necesse est, Joannem in Herodis manus ab alio quopiam, aut permultis traditum esse. Creditibile sit ergo, à Pharisæis ipsum tyranno traditum fuisse, vt à proditore Juda Seruator Principibus Sacerdotum. Noretis hic v. Mundi im-
lim: Auditor, mundi inconstantiam, & h. postura.
minum proditorem; Pharisæi, ecce, hodie Herodi in manus eum cõsignant, quo morti deinde addicatur, quem alias vt Messiam suspexerant, coluerant, & illustri missa legatione honorarant, Mundus ergo merus est impostor, nihil eius actionibus fidi, nulla in verbis fiducia, nulla in promissis certitudo.

Est & alia controuersia, num scilicet publice, an vero priuatim dumtaxat Herodem peccantem Joannes coarguerit? Relictis aliorum hac de re opinionibus & concertationibus, sequar, & dicam, quod maxime videtur probabile, nempe publice illum in eius scelera insurrexisse. Vt omittam enim rationem, qua publicum peccatum publice etiam reprehendi debere sit verisimile, plurimos eosque grauissimos huius sententiæ habeo suffragatores: Abulensem imprimis dicentem, *Joannes prædicans arguebat publice Herodem de illicitis nuptiis.* Victorem item Antiochenum, *Joannes, inquit, palam Herodem reprehendit.* Plura addit Chrysostomus: *vult enim pleno foro eam cor- reptionem factam esse, id est, coram omnibus: Joannes cum fiducia in medio foro dicit: Non licet tibi habere uxorem fratris tui.*

Abul.

Matth. 14.

Chry.

Hom. 1 ad

popul.

Gloria.

Gloriatur Psalmographus, cum sibi alias
 animam & generositatem fuisse, vt de rebus
 diuina coram regibus & terræ principibus
 intrepide & sine rubore vilo loqueretur: *Lo-
 quebar*, inquit, *de testimonio tuo in conspectu
 regum, & non confundabar.* Quam scite hoc a-
 preque in Joannem quadret, tum quod reges
 reprehenderit, tum vero insignem in vitis
 taxandis libertatem prætulit? Ecce enim vt
 coram Herode cõcionetur, aduersus eius sa-
 crilegas nuptias detonet, denique vt sine
 confusione, pudore, formidine, pauore pec-
 cantem intrepide coarguat. Non longas nec-
 dit ambages, non parabolæ natiuone
 mollem sibi ad regias aures aditum sternit,
 vt apud Dauidem Nathan, sed simpliciter &
 audacter, coram & in faciem sine fuce vl-
 lo ait, *Non licet tibi habere uxorem fratris
 tui.*

Sed notate hic miseram concionatorum
 commonentiumque fortem, mundi ingrati-
 tudinem, Principum stuporem & cæcitatem,
 denique mulierum rabiem ac malignita-
 tem.

Salutaris hæc monitio Herodiadem of-
 fendit, prædicatio hæc displicet pellici,
 sancta & sana correctio voluptatibus vene-
 reis ac lasciuis meretriciis est inimica. Vin-
 dictam ergo vltionemque cogitat, zelosum
 hunc Ecclesiastem aula eiicere statuit, & im-
 pedire, ne cœli terræque deinceps lubricæ suæ
 voluntati incestuique; vilo modo aduersetur.
 Hinc necem illi molitur, in perniciem eius
 coniurat, monitorem de medio tolli optat;
 & vt optatum res exitum nanciscatur, om-
 nem mouet lapidem, & qua potest arte
 elaborat. Ergo epulum instruitur, indici-
 tur tripudium, choreæ ducuntur, veneræ
 faces inardescunt, amor & mors inter se
 configunt, in innocentem noxia fertur sen-
 tentia, illius caput in disco postulatur, præ-
 cidit ipsum mandatur, & ecce mandato fa-
 cto in carcere præciditur. O fatales Thye-
 stæ epulæ! ô scelestæ conuiuia! in qui-
 bus Herodias simul & Herodes concurrunt,
 veneræ scilicet & regia potentia, cupiditas
 & suprema maicestas, malignitas simul & po-
 testas.

De huiusmodi conuiuio hanc sententiam
Bessai tom. 3. De Sanctis,

tulit Sapiens, *Melius est ire ad domum luctus, Eccles. 7.
 quam ad domum conuiuij: in illa enim finis cun-
 ctorum admonemur hominum, & viuens cogi-
 tat quid futurum sit.* Quæ verba paraphrasti-
 ce sic exponit magnus Hieronymus dicens: *Hierom.
 Vtilius est ad exequias funeris, quam ad domum Eccl. 7.
 ire conuiuij: quia ibi recordatione conditionis na-
 tura, & fragilitatis humana ex presenti ad aue-
 re commonemur.* Prò! quanto fuisset satius, Conuiuia
 defuncti alicuius cadauer ad tumulum noxia sunt,
 stipasse, quam luctuoso & fatali Herodis e- & malum
 pulo interfuisse, in quo sanguine natant afferre na-
 vniuersa, in quo in innocentissimi viri ne-
 cem conspiratur, & feralia molimina procu-
 duorur! Conuiuia sane non nisi mala ca-
 lamitates & calus tragicos secum trahunt.
 Conuiuia turbant & confundunt quidquid
 in homine; rationem captiuam ducunt,
 cerebrum perturbant, sensus cogunt ob-
 brutescere, affectus succendunt & inflam-
 mant, reges in tyrannos, sapientes in furias
 retrachas in Herodes commutant. In quam
 rem deseruiet, quæ iam producam, emble-
 mata.

Veteres, moralitatem in omnibus prope *Cathar. lib.
 consecrantes, Bacchum bicornem pinge- de imag.
 bant, & cribrum manugestantem. Hac- Deor.
 ce pictura denotabant, vinum moderate ac
 debita cum temperantia sumptum, & con-
 uuiuia honesta & rite ordinata, tristitiæ fu-
 gandæ & prauis animæ passionibus pellen-
 dis peridonea esse, non secus ac cribro triti-
 cum à palea segregatur. Testatur hoc *Eccl. 40.
 etiam Scriptura dicens, Vinum latificat cor
 hominis, si nimirum cum moderatione bibat-
 tur; verum si immodice, & temperantiæ fi-
 nes excedendo, bruti instar hominem in fu-
 rias rapit & insaniam; quod ipsum binis hi-
 sce cornibus designabant. An non enim ho-
 die vinum, ebrietas & bacchici illi vapores
 Herodem in furias adigunt, & in terribimum,
 si quod vsquam auditum facinus, consensum
 præbere cogunt?**

Quam vero scite locutus est Oseas Pro-
 pheta, cum hac super re agens, quam paucif-
 simis ea complexus verbis ait, *Vinum & for- Osee. 4.
 nicatio auferunt cor homini, ratione eum de-
 spoliant, passiones armant, animæque impe-
 rium ac dominium penitus perturbant &*

Vinum & luxuria hominem in bellum mutant.

Conuiuia causant mala varia

Jerem. 5.

Job. 1.

1. Mach. 16.

2. Reg. 13.

Jerem. 4.

Luce. 16.

disfruant. Duo nempe abominabilia hæc flagitia hominem in bellum mutant. Vetera aliunde exempla in testimonium accessenda non sunt; respicite dumtaxat hunc Antipam, & videbitis Herodiadis illicitis, & vini ingluuie illi cor auferri, & in bellum ac pecunos appetitus conuerti, vt vel dimidium regni lasciuia impudicæque offerat saltatricula, & virorum iustissimum morte cõdemnet.

Hic finis est conuulorum mundanorum, Herodum scilicet furor, Herodiadum offensarum rabies, iustorum interemptio, sanctorum condemnatio, sanguinis humani effusio, Messia præcursoris decollatio, impudica trypudia, sanguinariæ postulationes, promissa inconsiderata, aliaque mala sexcenta; quæ spiritu Prophetico præuidens Jeremias, neminem non exhortatur, ne conuiuuius vnquam intersit, *Non ingrediaris domum conuiuuij.* Conuiuia quippe loca sunt, in quibus de eade perpetranda consulitur, proditionis coguntur conciliabula, homicidiorum ponuntur fomenta, & mortis intentandæ tribunalia eriguntur. Mille ad manum exempla sunt: Filij Job medias inter epulas ruina inuoluuntur, magnus Sacerdos, Simon, eiusque duo filij Judas & Joannes in mensa, à Prolemao oppressi contrucidantur, vt Machabæorum prodit historia: Amnon filius Dauid in conuiuio immixtis percussoribus obruncatur: Godolias Babylonicarum copiarum præfectus ab Ismaele mensas inter & vina & lauticias opprimitur: denique diues Epulo conuiuio & lautis ferculis viam sibi ad æternam damnationem strauit. Exclamare ergo merito liceat, & infortunata, horrenda, infelicia, & funesta conuiuia!

Nihil vero vnquam simile vidit mundus is, quæ hodie in Herodis conuiuio peraguntur. In eo namque impudens scemina, arrogans pellex, & incestuosa Herodias caput Joannis filij Zachariæ mercedem poscit, in eo Antipas iudicium, mentemque amittit, in eo temere inconsiderateque regni medium saltatrici leuicitiæ cum iuramento offert, *Escet, inquit, dimidium regni mei petieris.* Et sane longe fuisset tibi satius, integrum

regnum amisisse, quam tam illustrem virum tuo consensu e. put amittere. Hic paulisper gressum fige anima mea, & mundi abusum Mundani cæcitatemque attenta meditatione intrare. effusi sunt Diuites, opulenti, & mundi huius magna. in illicita, tes, liberales se, quin & prodigos aliquan. in sancta do & effusos in illicita, noxia, & animæ da. parci. mnosa ostendunt, sed si quando virtutum, bonorumque operum res agitur, auaros & tenaces. Lusibus, tripudijs, Iaruis, conuiuuijs, tapetijs deesse nihil potest, sed omnia impenduntur quam liberalissime; pauperibus è contra, egenis, præ rubore medicare non ausis, & necessitate domi pressis vix teruntium dant, non suppetere sibi conquirentes. In fidicines, aulædos, mimos; histriones, meretrices & scorta, amorum conciliatrices, & patarios turpitudinis omnia confunduntur quam effusissime; sed in Ecclesiarum restaurationem, cœnobiorū ac religiosorum alimentum, & xenodochia & prothodochia si quid erogandum, mera vbique indigentia, parcimonia & auaritia.

Vt rem ita se habere perspiciatis, videte vt Judæi libe. in Dominica passione liberales se declara. rales in Re. rint Judæi in Redemptori vestibus dandis, demptore sed ad eum magis inde affligendum, paten. vestiendo, tiusque eius ludibrium, data veste alba in vt eum irri. Herodis domo, & coccinea in Caiphæ: sed derent. dum turbas instruit, dum tot prodigia ope. Matih. 27. ratur, ægros sanitati restituit, ne vnam quidem illi datam legere est. Ita cosmophilii, cœu noui quidam Judæi, cum de Deo exacerbando, vitiiisq; admittendis agitur, merâ vtique pompam crepant, & magnificentiam ostentant; sed si quod bonum suscipiendum opus, plebeios & triuiales passim animos videas.

Veteres illi Hebræi aureum constaturi vitulum, qui idololatriæ fuit occasio, nullis perpercerunt sumptibus, omne suum ilico aurum & argentum offerentes, ipsæ etiam mulieres armillas, monilia, inaures, & cimelia; at eum cõstrui tabernaculum Deus cœli iussit, & pro sua quemque facultate ad eius constructione contribuere, quam paucissimi vltro quid oblatum, aut de suis facultatibus gratanter donatum venerunt. Non secus etiam hodierna die in mundo viuunt, si quando ho;

do honos Dei, aut rerum sanctarum promotio agitur, omnis illico charitas extincta apparet; contra cum vanitati, & mundi ineptiis quid tribuendum, liberalitas inualefcit, patent thesauri. Exemplo sit Herodes noster: forte in honorem & cultum diuinum animamq; beatitudinem vix obolum pauperibus dedisset, & in lasciuas & peccatorum fomenta, & vt ne impudico displiceat scorto, medium regni vltro libenterque donat. Quin quod longe deterius, sanctissimi ac zelosissimi, si quis vnquam mundo visus, cononatoris caput offert.

O ferales amores! O libido detestabilis! O luxuria summe damnabilis! quor tu mundum calamitatibus inuoluis: tu familias florentissimas euerctis, domos turbas, respublicas mergis, regum palatia ad solum deicis, templa profanas & altaria, per regna denique & prouincias incendia & flammam spargis. In huius rei figuram vidisse olim se Daniel ait efferatam quandam belluam vltro simillimam, cui dictum, *Surge, comede carnes plurimas*. Vera hæc luxuriæ imago est & libidinis. Est quippe bellua indomita, effera & ferox, cuius omne exercitium est deuorare carnes plurimas, id est, permultos vtriusque sexus mortales carnalibus illecebribus irretitos in perniciem trahere. Atque ita ipsa non nisi carnibus victitat ac pascitur, insurgitque ac sauiit in eos, qui easdem faucibus educere satagunt. Conabatur quo poterat modo Joannes Baptista vrsæ huius dentibus extrahere carnem, Herodiam inquam, eamque Herodi auferre, sed in ipsum vrsæ dentes exacuit, ac furorem omnem stringit, primo illi impetu caput abripiens.

Refert 17. Apocalypseos capite hanc visionem Joannes: *Vidi, inquit, mulierem ebriam sanguine sanctorum, & de sanguine martyrum*. Scio, qui mysterij huius penetralia accuratius rimantur, sanguinariam Synagogam in hac muliere signate: quid ni tamen moraliter & allegorico in sensu de luxuria capiatur? Vitium enim hoc mulieris sub imagine representatur, quæ non nisi innoxio potatur sanguine. Haulit nempe imprimis illa genecoli vrsæ sanguinem; discrimini obicit il-

lustris Josephi vitam in domo Putipharis, deniq; Joannis Baptistæ nostri in Herodis aula cruorem magna cum immanitate effudit. Longe etiam rei foret accommodatius, si quis mulierem illam Apocalypticam incestuosæ Herodiadis esse imaginem diceret: ipsa namq; vere sanguinaria est mulier, sincero innocentium sanctorum, prædicatorum, eremicolarum, & Prophetarum sanguine saturata.

Inter Thomyridis Scytharum reginæ barbaram immanitatem hæc primum haud dubie locum obtinet, quod Cyrum Persarum monarcham bello captum capite minui iusserit, & ipsum in vas plenum sanguine demergi, dicendo, *Satia te sanguine Cyre, quem suscipis*. Non minor aut mitior Herodiadis sauitia est, quæ cognito iuratum aduersarium suum Joannem Baptistam, virum inter sanctos sanctissimum, in Herodis agere carceribus, caput illi præcidi, & in disco medias inter epulas adferri mandat, vt vindictæ cupidissimum animum tabido hoc cruore manante satiare.

Docet Genesis lasciuæ heræ accusatione & machinis castissimum æque ac sanctissimum adolescentem Josephum in carceres coniectum, quasi ipse heræ eiusdem pudori insidias struxisset, & præsentissimum hoc nomine vitæ discrimen adiuisset. Ibi quidem Putipharis vxor est adulterium molita; hic vero Philippi vxor tetra in incestu viuens, innocentem sanctumq; Joannem in vincula compingi iubet, eius vitæ & perniciem molitur & insidias, & tandem ceruices eiusdem præcisas deposcit. Cui Herodes venereo excæcatus fascino haud grauate mortem gerit.

Mira sunt ac præclara, quæ huius occasione ne scribit S. Ambros. *Samsen, inquit, validus David, & fortis leonem suffocauit, sed amore suum suffocare non potuit; vincula soluit hostiæ, sed suarum non soluit nexu cupiditatis, messes incendit alienas, sed vnus ipse mulieris accensus igniculo messes suarum virtutis amisit*. Verba hæc non ineleganter impudicis Herodis regis amoribus accommodari queant, qui Herodiam ardens, honoris, famæ simul & animæ iacturam fecit. Ex hisdem omnibus itidem discimus, nihil a deo vehemens ac violenter, nihil for-

Trogus Pompeius Iustini lib. 1.

Gen. 39.

Lib. 1. de

Nihil amore muliebri fortius.

Mandani
liberor
De spectat
nos parci
in vitium
liberenti
viti effusi.

luxuriz
libolum.

Apoc. 7.

Herodias
similata
mulieri
sanguina
re Apoc.

midandum magis, quam mulieris cuiuspiam cupiditate inardescere, ubi firmas calemel in viri animo radices egit. Et in vel vniuersum domet orbem, & vniuersos suo subiiciat iugo, ab hac tamen passione miser subiugabitur.

Prou. 23.

Inter primaria Salomonis Prouerbia non postremum hoc obtinet locum, *Fouea profunda est meretrix, & puteus angustus aliena, insidiabitur in via quasi leana, & quos incautos inueniet, interficiet.* An non hoc liquido in Herodiade patescit? an non ipsa praecipitium, fouea, abyssus, & angusti orificij puteus fuit, in quem cum miser Herodes delapsus esset incautus, nunquam eodem potuit educi? an non velut sanguinaria quaedam fuit leana, in Herodis regia grassans & insidias struens, vt viros innocuos interciperet? an non Joannem Baptistam nihil minus opinantem adorta est, & vita spoliavit?

Lib. de offic.

S. Ambrosius sanguinariam hanc mulierem introrsum & foris contemplatus, & eius impudentiam, crudelitatem, impietatem immanitatemque abominatus, illius occasione in vniuersum omnino sexum inuehitur & detonat: *Ianna diaboli, via iniquitatis, scorpionis persecutio, noxiumque genus est femina, cum proximat, ignem accendit.* Sanctus Joannes Chrysostomus homilia in hoc ipso festo habita longius progreditur, maiorem indignationem praefert, & viuacioribus Herodiadem hanc coloribus depingit: *Joannem Baptistam in deserto videntem dracones & aspidem cornuta subdita feritate tremuerunt, Herodias vero eidem caput abscedis, & tanti viri mortem in pretium saltationis accepit.*

In festo de sol. S. Ioan. Baps.

Ibid.

Quapropter rei atrocitate cōcitatatus, & iracundiae & indignationis suae habenas laxas, exclamat: *O summum malum & acutissimum diaboli telum mulier! per mulierem Adam ab initio in paradiso cecidit, mulier ipsum exterminauit.* Audite & alia longe terribiora & indigniora: *Per te bella fiunt, per te sapientes se perdunt, per te Sancti occisi sunt, per te ciuitates combustae sunt, per te vita perditae est, per te mors inuenta est, per te diuites pauperes, per te pulcri turpes, per te fortes debiles, per te veraces mendaces, per te casti luxuriosi, per te humiles superbi, per te poenitentes inobedientes, & Deo odibiles fiunt, &c. Quid por-*

ro in maligna mulierum dedecus & ignominiam dici amplius possit? quapropter multorum pluribus hac de re non agam, atque inde ad ammalorum liud concionis membrum digrediar. causa.

Audistis, Auditores, quibus tum Herodiadis scelus verbis exprellerim, cuius occasione de malis in genere mulieribus, deque carum affectibus sermonem institui, tum vero Herodis & immanitatem & impietatem, qui impudicis lasciuiae huius mulieris captus amoribus in Angeli humana in carne in terra agentis vitam conspirauit. Reliquum iam est, vt sancti huius viri merita eiusque mortis dicitatem vobis exponam. Sed cheu! interiora hic mea ad inuicem colliduntur, cor mihi palpitatur, sanguis intra venas congelascit, stant praeter metu comae, toto vultu expallesco, oculi caligant, spiritus omnino confunditur, lingua sonum negat, & halitum pulmones non sufficiunt, vt adeo ferale supplicium, mortem adeo tragicam, tam cruentum martyrium pro dignitate exprimam. Quid? scelerum magnitudo virtutum e mundo aufert lumina ac decora, de innocentia triumphat iniquitas, libido castitatis florem cogit emarcescere, Herodem in S. Joannis Baptistae necem consentit.

O rem nouam & inauditam! o paradoxa! Joannis o prodigia! S. Joannes virtutum Academia, Baptistae vitae pie instituendae magisterium, sanctitatis norma, iustitiae forma, virginitatis speculum, pudicitiae vexillum, castitatis exemplar, poenitentiae triumphus, solitudinis gloria, & fidei parer: Joannes inquam homine maior & dignior, Angelis par, legis compendium, Euangelij pretium, Apostolorum vox, Prophetarum omnium silentium, lux mundi, Jesu Christi prodromus, Iudicis praeco, Domini tuba, Dei testis, vniuersae SS. Trinitatis delictum, mundi miraculum, incestui, adulterio, meretrici infamiae vltro offertur? o nimium iniquas abominaciones, & abominandas nimis ah! iniquitates!

Scelestus & sanguinarius tyrannus veritate hac & salutaribus Joannis commotionibus irritatus, caput illi praecidi iubet. Immane & cruentum mandatum, & impietas

Capitis S. Joannis eologia.

tas nimis quam enormis, caput illud præsecare diuinum, tanta sapientia ac virtutibus instructum, quod continebat duos illos oculos, qui Spiritum sanctum iam olim in specie columbæ descendentem viderant; caput illud illas habens aures, quæ magni illius Patris cœlestis vocem exceperant, caput in quâ illud, illa donarum lingua, quæ tot sanctas prædicationes fecerat, tot Deo laudes dederat, tot efficaces ad superos preces effuderat: lingua inquam illa, quæ sacra illa prolocuta erat verba; *Ecce Agnus Dei, qui tollis peccata mundi*; quæ cœlo terræque admirationem mouerant.

V. Pharaeo Ægypti rex natalem suum solenni celebrans epulo, crudeli illud cæde cœdauit, dum ea ipsa die pistorem suum de medio tolli iubet, dici sacri lætitiæ ac plausum ferri inturbans morte. Hic vero non minor conspicitur crudelitas: Herodes enim tyrannus, quo primum die in cœlestis edibus aures, eo etiam medias interepulas & tripudia Ecclesiastæ suo, qui vitæ panem (de quo Prophetæ dicunt, *Paruuli perierunt panem, & non erat qui frangeret*) illi propinabat, caput præcidi imperat. Vnde tyranni huius crudelitas colligi potest, & simul haud diuturnam eam fore, cum adeo prodigiose grassari incipiat.

Naturæ portentum Nero, hominum carnificina, diuinitatis omnis expulso, cum in deorum omnium simulacris & Cæsaris statuis capita deturbari iussisset: senatus rei atrocitate turbatus, cōsulendos augures censuit, responsum est, euident hoc signum esse, breui Neronis fore imperium vt finem accipiat; quod nefas esset eum, qui nec diuorum, nec hominum capitibus parceret, mundi vniuersi caput esse. Viso ergo hodie Herodem in Deum simul & homines, & in primis Ioannem Baptistam insurgere, caput illi auferri dum mandat, augur & conijcio, non diu illum fore superstitem: diuos quippe & cœlum offendens, diutius in terra qui imperet, profus indignus est.

Ergo in sancti huius viri vitam conspirat, illius de medio tollendi rationes & consilia agit, denique caput eius velut donarium & honorarium adulteræ consignat.

Sanctus autem Propheta leuētiā æquo animo fert, ensi collum præbet, tyrannice impietati feritæque cedit, & ad mortem vsque pro iustitiæ ruitione decernat, consilium Scripturæ secutus, *Vsq̄ ad mortem certa profuturū*. Magnus sane martyr & longe omnes mundi martyres transcendens, eo quod ob Christum diuissimam mortem oppetierit, antequam etiam pro ipso Christus in cruce moreretur. Ceteri martyres tuum secuti sunt duces, non vero præcessere; illi prius morientem conspexere, ac deinde palæstram ac certaminis ingressi locum, eius ad exemplum & imitationem vitam & animam pro ipso exposuerunt.

Mortuus deinde est sine vilo consolationis externæ auxilio, quod vix vlli sanctorum legimus contigisse. S. Stephanus Protomartyr magnos haud dubie cruciatus perfererat, vt & sacra Actorum historia legenti sit manifestum; sed videbat quoque cœlos apertos, & Iesum stantem ad dexteram Dei Patris, quod incredibile illi consolationem affererat; adeo quidem magnam, vt fatorum imbrem minime sentiens, nec mortis perhorrescens agonem, gaudio satur exclamaret: *Video cœlos apertos, & Iesum stantem à dextera virtutis Dei*. Id ipsum & reliquis sanctis certum est contigisse, qui suis supplicijs & tormētis aliqua temper recreatione cœlesti, ac consolatione mentis interna perfracti sunt. Verum sanctus Ioannes Baptista patitur cœlo etiamnum obserato, aditu eius vadique ocluso, & cum nemo adhuc in ipsum penetrasset.

Sanctus Gregorius Nazianzenus Machabæorum martyrum elogium texens, hoc potissimum eos dilandat nomine, quod ante Christum passum mortem subierint, & nullo præambulo vilo exemplo pro Deo occumbere non dubitarint. Nam, inquit, qui ante Christi passionem subiere martyrium, quid post Christum in persecutione, eiusque pro nobis obitu moris imitatione facturi fuissent? quorum enim nullo proposito exemplo, & sic tantæque virtus fuit, Exemplum an non si exemplum illud inuenies, fortius in certamine descendens? Verba hæc quam verissima sunt: nam in generoso aliquo facinore nimis dantur, quale est mors subeunda, nihil ad dum.

Pharaonis & Herodis crudelitas
Ier. 4.
Richard.
Ier. lib. 1.
Herodes
Neroni as
similatus.

S. Ioannes omnes martyres superauit.

Act. 7.

Greg. Naz. orat. 10.

animos fuggerendos potentius, quam illoſu exemplum, qui hoc ante nos iter calcarunt.

1. Hebr. 12.

Apoſtolus ergo Paulus hac in re, vt in ceteris verſatiſſimus, ad fideles animados, eoſque ad mortem Chriſti cauſa ſubeundam inflammandos, illius ipſis exemplum duntaxat ob oculos ponit, dicēs, *Cur amicus ad propoſitū nobis certamen, aſpicientes in auctorem ſiā i, & conſummatorem Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtulit crucem.* Atq; hæc efficaci & prægnans eſt ratio, ecquis enim hoc exemplum conſpicatus, non in certamina promptus erat, & ad certandum animos ſumat!

2. Reg. vii.

Hinc etiam Saulis armiger, cum antea mortis formidine corripereſceret, regem in proprium incubuiſſe ferrum conſpicatus, vitam etiam contempſit, cuiusque exemplo ad mortem ſubeundam ſe animauit. Ioannes tamen noſter, Chriſti exemplo nondum conſpecto, inſigni mentis cum conſtantia martyrio ſe celebrans præconia, eo illum condecorat epitheto, quali non alios martyres, dum *tyrem præpotentem* indigerat: vt enim mortem, quam ſubiit, oppetat, ingenti illum animo & maxima mentis potentia præditum fuiſſe oportet.

Apo. 10.

Inter alias viſiones vidiffe ait ſe Ioannes Satanam ab Angelo colligatum, & beates cum Ieſu regnantes, hinc ait: *Et vidi ſede, & ſederunt ſuper eas, & iudicium datum eſt illis, & anima decollatorum propter teſtimonium Ieſu, & Verbum Dei, & qui non adorauerunt beſtiam, neque imaginem eius; nec acceperunt characterem eius in frontibus, aut in manibus ſuis.* Minime dubitandum eſt, quin Ioannem Baptiſtā hæc ſpectat viſio, atque is inter decollatos princeps fuerit; ipſe namque propter teſtimonium Ieſu Chriſti (ſcriptum eſt namque, *Hic venit in teſtimonium, ut teſtimonium perhiberet de lumine*) & verbum Dei, quod apud Herodem prædicare non eſt veritus, capite eſt imminutus, neque tetram illam belluam adorauit, id eſt, ineſtuoſæ pellici non eſt aſſentatus.

Impietas Herodis deſtabilis.

Exploratiffimum eſt ergo, tyranni huius, dum ſanctiſſimum hunc virum acci addidit, crimen, ſcelus, impietatem in tantum abominabilia, & ingentia fuiſſe, quanta fuerit e-

contra perfectiones, virtutes & merita eius, cui mortem intulit. In hoc namque ſcelere tria alia continentur ſumme atrocita: Angelum namque de medio ſuſtulit; Eccleſiæ lumen exſtinxit, & capite minuit eum, quo maior aut dignior inter homines, etiam Ieſu Chriſti teſtimonio, non comparuit: *inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta.*

Vere inquam Angelum de medio ſuſtulit; Ioannes enim Baptiſta adeo diuinus & mira- bilis fuit, vt nonnulli eius excellentiam nimium quantum exaggerantes, vere natura cum Angelum, ac de ſpiritibus illis cæleſtibus vnum fuiſſe exiſtimarint: quod Origenem docere voluiſſe ſit verifiſſime. Quinimo aſſerit * Eulebius fuiſſe nonnullos dignitate ſancti huius viri extollendæ in tantum ſtudioſos, vt non hominem cæteris parem, ſed Angelum aut dæmonem fuiſſe eum ſur arbitrat. Sed euident hic eſt error, & intolerabilis blaſphemia, quæ vel vnico verbo Euangelicæ iugulatur & condemnatur dicentis: *Ecce homo miſſus à Deo, cui non en erat Ioannes: vnde manifeſtum ſit, verum illum hominem, alijs mortalitate non diſſimilem, exiſtitiffe.*

Hom. 5. in Ioan. Lib. 9. Demoſtr. Hom. 6. 5.

Erat ergo officio duntaxat, non natura Cur Ioan- Angelus; atque ob ſimilitudines, congruen- tias, conuenientias, parallela & admirabilem Angelus. cum Angelis ſympathiam, Angelico dictus eſt nomine. Vt enim Angeli primo pueritiam & inſciam rerum ætatem ignorant, omneſque liberi arbitrij vſu & exercitio iam inde è primo creationis ſuæ iſtanti donati ſunt: non ſecus & S. Ioannes Baptiſta, quoad ea, quæ animam ſpectant, quid puerum eſſe ſit, neſciuit; cum ſexto à conceptione ſua menſe vaticinatus, & rationis ſit vſu inſignitus, quando ſcilicet matrem eius Deipara viſitat, ad Domini ac Dei ſui conſpectum præſentiamque exultans, & præ mentis gaudio materno in vtero ſubſultans.

Secundo, Angeli, indigent illi cælorum, viſibili non veſcuntur cibo, quali ceteræ creaturæ: vt hoc ipſum Raphael Tobie ſignificauit dicens: *Videbar quidem vobiscum manducare & bibere, ſed ego cibo inuiſibili, & poſui, qui ab hominibus viſeri non poteſt, vt or. Eodem*

Tob. 12.

dem prope cibo vtebatur Ioannes; nam ait de illo Redemptor apud Matthæum, eximiam eius commendans abstinenciam, *Veni Ioannes, neque manducans, neque bibens, &c.* Quamobrem ad ieiunia ciborumque abstinenciam auditores suos animans S. Basilius, vniuersam Ioannis vitā perpetuum ait fuisse ieiunium, adeo vt vitam talem ducendo, & tam modico ac parco vtendo cibo, Angelus reuera terrestris fuisse videatur.

Tertio, Angeli purissimi sunt, & ab omni carnis iniquatione quam liberrimi. Hinc beati in Euangelio ob eximiam castitatem, in cælo Angelis dicuntur futuri persimiles, *neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicut Angeli Dei.* Atqui Ioannes puritatem adeo integram inuolaramque seruauit, nulla vt vquam vel minima eam labecula infecerit. Cor quippe eius semper mundum fuit, mores & agendi ratio quam honestissima, oculi puritatem spirantes, vita innocens. Quocirca non immerito Angelus est appellatus, eumque morte condemnans tyrannus, Angelum sustulisse censendus est.

Nec vero hoc solum nomine culpandus, verum etiam quod lucernam illam ac facem extinxerit, quæ per deserta Iudææ lucebat & ardebat; de illo namque scriptum est, *Erat lucerna ardens & lucens.* Hoc porro donatus est nomine, eo quod lucerna non nisi sub noctis tenebras accendatur, & die plena extinguitur sole iam omnia collustrante. Veteris legis tempus, nox erat & tenebræ. Euangelicæ vero dies & splendor. Vnde Apostolus Gentium, *Nox præcessit, dies autem appropinquauit;* id est, Iudaismi legaliumque caeremoniarum nox iam præterijt, Euangelij legisque gratiæ dies accessit. Quando ergo Iesus Christus, magnus ille iustitiæ sol, nondum illuxit, nec Euangelij sui radios diffudit, S. Ioannes facis instar omnes illuminauit; at postquam ille manifestari iam cœpit & illucescere, hic se subduxit, lucerna extincta est, & Ioannes ab Herode interfectus. Prælagijt hoc ipsemet, dum de se ac Redemptore simul ait: *Illum oportet cruci, care, me autem minui: oportet inquam in crucem illum tolli & eleuari, me vero abbreviari, ac capite immanui.*

Secundo lucernæ lumen modicum est, nec multos illuminat, sed eos tantummodo, qui in eadem versantur domo: sol vero per omnia lumen & radios spargit, splendoreque minima quæque illustrat. Sic Ioannes lampadis cuiusdam ac candelæ instar solum luxit, Palæstinæ limites eius lumen non est egressum, ac solos Iudæos, ad quos missus erat, illuminauit: at Iesus Christus rutilans ille sol, per omnes mundi angulos lucem & radios dispersit: ac propterea dicitur in Euangelio, *Lux vera, qua illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* quin & hoc ipse nomine insigniuit dicens: *Ego sum lux mundi,* atque eandem ob causam Apostoli eiusdem, lux etiam orbis sunt nuncupati (*vos estis lux mundi,*) eo quod per omnia mundi regna & climata profecti, concionari, & visi sunt.

Christus solis instar omnes illuminauit.

Tertio, lucernæ lux claritatem quidem diffundit, & aliquatenus illuminat, sed non fecundat: cum è contra solis splendor afferat lumen, & terræ fruges producat, vegetet, & in omnia terrena & subterranea influxum præstet, meta: la namque sublimat, animalibus vitam, plantis vigorem & virorem suppeditat; ac sexcentas alias omnium rerum naturalium generationes, productiones ac natiuitates causatur. Sic Ioannes in deserto quidem rutilabat, & prædicationibus suis splendebat, sed animarum conuertendarum ac iustificandarum virtutem à seipso nō habebat. Solius Dei enim est huiusmodi præstare, atque hoc penitus à sola Dei potentia, non autem hominum robore dependebat. Testatur hoc & Apostolus Paulus dicens: *Ego plantauit, prædicando & docendo, pœnitenciam, virtutes, amorem Dei; mundi contemptum erga proximum dilectionem, aliaque plurima tradendo: Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit: sicut neque qui plantat, neque qui rigat, est aliquid, sed qui incrementum dat Deus.*

Ioan. 3.

Ioan. 1.

Matth. 5.

1. Cor. 3.

VI.

Herodes ergo Ioannem ensi subiciendo, rutilantissima orbem est lucerna frustratus, Angelum illi abstulit, quin & sanctissimum ac maximum, si quem vquam sol conspexit, mundo virum inuidit. Hoc de illo iudicium suo Veritas ipsa ore in Euangelio dedit, dicens: *inter natos mulierū non surrexit maior.*

Matth. 11.

S. Iohannes
hominum
sanctorum
habitus
sanctissimi.
Luc. 1.
S. Ambr.

cor Ioanne Baptista. In huius porro iudicij confirmationem facit hoc Angeli de illo apud Zachariam patrem et testimonium, *Et multi in natiuita eius gaudebunt, erit enim magnus coram Domino.* Porro coram Domino ualere a SS. Patribus exponitur. Creditur namque Ambrosius, Angelum. his uerbis magnitudinem hanc a corporalibus & secularibus distingueri uoluisse, quod Ioannis magnitudo talis non fuerit, sed quedam sanctitatis, uirtutis, & muneris, quod exercitatus erat, excellentia.

Theophyl.

Theophylactus putat, hoc pacto inter illius & hypocritarum magnitudinem factum discrimen, qui cum coram Deo nihil profusus sint, magni tamen coram mundo comparant. Nuperi denique ac neoterici quidam commentatores phrasin esse Hebraicam uolunt, ad eam aliquam claritudinem exprimendam usurpari solitam. Vti & illa locutio Genesios qua insigne Nemrodi robur exprimitur: *Nemroth uisissimus uenator coram Domino.*

Gen. 10.

Triplex
magnitudo.

Ceterum ut morale aliquid afferam, non erit profusus proposito dissentaneum, si quod legendo obseruauimus, huc accersimus; tripliciter scilicet quid magnum dici posse, coram se, coram hominibus, coram Deo; & triplici hac magnitudine comprehenditur omnis, quae singi darique in mundo magnitudo potest. S. Iohannes uero duplici posteriori magnitudine, praeter omnibus terrarum magnatibus magnus fuit, non uero priori: coram se enim & in oculis suis ac sui ipsius iudicio paruus fuit, se ipsum parui fecit, ut nihilum habuit, non nisi iustitia quaeque; ambiuit, ac delitescere studuit; quin magnitudinis suae titulos ac qualitates exprimere iustus, aliud se negauit esse, quam uocem clamantis in deserto.

Super G. 10.

Is ergo coram se magnus est, qui se arbitrat magnum, sublime quid de seipso sentit, seque effert & extollit. De hac magnitudine exponit locum illum Isaiae, *Inducit super mentem magnam.* S. Basilius qui uero hoc magnum est modo, uere magnus non est: quin potius eo quod magnum se credat, deprimatur, minoratur, omnique meriti sui claritudine priuatur. Hoc porro de se ipso Psalmodigraphus testatur, atque nihil se huiusmodi

de se unquam sentisse; *Non ambulauit, inquit, in magno, nec in mirabilibus uer me si non humilis & sentiebam, sed exaltaui animam meam.* Imitatus est hoc Iohannes noster, in utraque contemptus sui limites consistens, ac nihili sui considerationem semper praeter oculis habens, magni nunquam quid de se ipso sentit, sed humilitatem in omnibus passim praetulit, quam sane a deo ipse eminentem habuit, ut pro Messia habitus, atque, ut D. Augustinus obseruat, cum hominibus imponere, istaque certo persuadere potuisset, se Christum esse, nihil simile quid unquam cogitauerit, ne dum fecerit, sed libere & palam omnibus, magna facientis demissione de Messia dixerit, *Non sum ego dignus soluere corrigiam calceamenti eius.* Zebedaei filij, inani de se ipsis opinione oppleti, dexteris & sinistras in regno Christi, & summas eisdem dignitates apud eum ambiebant, & ecce magni Zachariae filius, qui ad illum accidit pedes, & calceos dissoluit, indignum se arbitrat.

Psal. 130.

Tract. 4. in Ioan.

Secundo, is coram hominibus magnus est, qui hominum opinione ac iudicio magnus habetur. Hoc etiam magnitudinis ab hominum aestimatione ac sententia dependentis genus, summum & proxime admirabile in Ioanne Baptista fuit. Primo namque tantae creditus est fuisse sanctitatis ac uirtutis integritatis, ut plurimum eum ut Messiam susceperint, uti Luc. 3. proditur. Deinde quod eius testimonio omnes ad unum Euangelistae sint ad Iesu Christi ueritatem contra incredulos adstruendam uisi: unde liquido patet, magnam illum coram hominibus fuisse. Quod uero maxime mirandum est, ad hanc illam magnitudinem peruenit, & illustre hoc sibi apud omnes passim nomen peperit, non miraculorum aut prodigiosorum operum patracione, sed sola uita sanctissima: quod sane, nisi uiuendi eius ratio excellentissima & perfectissima fuisset, omnibusque admirationem mouisset, nunquam contigisset.

S. Iohannes coram hominibus magnus etiam fuit. Luc. 3.

Tertium magnitudinis genus est, esse magnum coram Deo, in quo solida ac genuina sita est magnitudo. Et nae ille uere magnus ac clarus, qui ea habet, in quibus haec consistit magnitudo. In eo uero sita est, quod magnum

gnus habeatur ab eo, qui falli in iudicatio nequit, quiq; infinita cuiusdam perfectionis & magnitudinis est. Tantis sane adeoque magnis fuit Ioannes Baptista, si quidem eius virtutem & officii spectemus. Officio namque omnes qui praecesserunt Prophetas precelluit; teste Redemptore ipso, qui apud Lucam hoc de illo fert iudicium, *Maior inter natos mulierum Propheta Ioanne Baptista nemo est.* Quoad virtutem vero & sanctitatem magnitudo eius eluxit primo per admirabilem illam penitentiam, per incomparabilem vite puritatem, per summam animi demissionem, per praedicandi zelum, & austeram triginta annorum spatio in desertis Palaestinae vitae conuersationem. Vnde merito de illo dixit Zacharia Angelus, *Erit enim magnus coram Domino.* Scelestus porro ac nefarius Herodes hanc imminuere magnitudinem dum cogitat, illi caput praescindijuber: verum caput, quo nullum exstitit, sapientius prudentius ac sanctius.

Richardus
Dreicens.Emblema
ad capti-
uendum
caput sa-
pientis.

Dan. 1.

Pictor quidam ingeniosus expressit alias hominem quadruplici instructum capite, cum tamen non nisi vnicum singulis natura attribuat. Primo nomen erat providentiae, secundo sapientiae, tertio virtutis, & postremo fortuna: qua portentosa imagine designabat, quatuor hae concurrere & coniungi debere ad perfectum aliquod caput constituendum. Cui vero dubium sit, quin huiusmodi Ioannis nostri fuerit caput, & quadruplex hae perfectio pariter in illo concurrerit? Quem enim vnicquam vidit orbis, qui maiori fuerit illo donatus providentia, qui etiam altiori & eminentiori sapientia? nullus quippe a Deo est ad scientiam non vni duntaxat provinciae, vti ceteri Apostolorum, sicut Petrus Romae, S. Andreas Achaiae, S. Thomas Indiae, sed orbi vnicuerso communicandam. *Hic venit in testimonium, & testimonium perhibet de lumine, ut omnes crederent per illum.* quin etiam illum testatus est Zacharias pater venisse ad dandum scietiam salutis plebi eius. Quis etiam maiores sibi assiduo exercitio virtutes comparauit? hinc Angelus est caelitus nominatus, & terrae eum incolae ut Deum suspexerunt. Adeo autem fortunatus exstitit, ut mox illo nato, dicere vicini coeperint, *Quis puer iste erit? Quam merito ergo de illo dici illud Sapientis potest,*

Belsai tom 3. de Sanctis.

test, *Benedictio omnium gentium super caput eius.* Prout.

Haec igitur, auditores, vita & mors, laudes & aduersitates, benedictiones & persecutiones, praedicationes & martyrium S. Ioannis Baptista. Ab hoc ergo armamentario omnigenam arma vestrum est educere, ad vos ipsos contra carcerem, mundum & diabolum defendendos. E regio hoc hortu omne odoriferorum, & egregiorum florum genus decerpere. Hic scilicet turris est Dauid, e qua omnis armatura fortium & panoplia dependet, ab hoc concionatores verbi Dei annuntiandi zelum, peccatorum coarguendorum charitatem, & coram regibus & magnatibus saeculi audacter concionandi animum ac libertatem discant: Eremitae & Religiosi solitudinis seruanda leges, austeritatis regulas, vitae monasticae perfectionem: viri iusti notent quod in mundo occurrit periculum, mulierum nequitiam, tyrannorum immanitatem, & quae viris sanctis in aulis Principum immineant discrimina: Dei serui constans hic obferuent propositum ad omnia pro Dei amore & quantum toleranda, cruce & tormenta patiunda, cruciatus & supplicia perferenda, & si necesse fuerit, ad collum gladio submitendum, vitamq; si se offerat occasio, eius nomine exponendam, a quo eandem acceperunt.

Cant. 3.

Tu vero Deus aeternae ac viuens gratiam nobis praesta, ut tam praeclearo in ludo tam egregie proficiamus. Linguam, obsecro, concede ad verbum tuum interrite annuncian- dum, zelum ad errantes corrigendos, constantiam ad tormenta superanda, & propositum ad omnia pro te, etiam cum vitae dispendio, toleranda. Da, ut admirabilis huius filij Zachariae, Angeli incarnati, & hominis Angelici, Doctoris solitudinis, praedicatoris Regum, terroris Herodiadum, aulicorum flagelli, tripudiorum censoris exemplo, tuam discamus iustitiam propugnare, gloriam & honorem diuinum zelari, animarum salutem procurare, scandalis occurrere, peccata coarguere, Herodi similes reprehendere, & aduersus incestus detonare. Discamus, inquam, ad gloriosi ac beati huius martyris imitationem, insignem patientiae virtutem ad carceres ac feturum, rabiem & violentiam, iniustitiam & ini-

Z z z

quica-

quitatem & omnia aduersa ferenda, etiam vi-
ta jacturam faciendam: sed in primis profun-
dam illa humilitatis virtutem, quo nos ipsos
despiciamus despiciendo reliqua, eo quod pri-
mus ille ad coelestem gloriam se gradus, ad
quam nos Pater, nos Filius, nos Spiritus S. de-
ducere dignentur. Amen.

IN FESTO NATIVITATIS
DEIPARÆ VIRGINIS.

Partitio.

1. De infelicitate natalium mortalium.
2. De nata Servatrice: sed etiam tam seror.
3. De gaudio ex Nata concepto.
4. De festiuitate gaudij ex Nata.
5. De Natæ meritis.

De qua natus est Iesus, qui dicitur Christus,
Matth. 1.

FIGURA.

Gen. 40.

Veteres Aegyptij pro more habebant Au-
ditores publico quodam festo & applau-
su Principum suorum natalem celebrare, vt è
quadagesimo Geneleos capite colligi datur.
Longe maiori cū ratione fideles & Christia-
ni, magno lætitiæ & exultationis testimonio,
hodie & singulis etiam annis, beatum ac feli-
cem natalem Principis suæ, id est, Deiparæ
Virginis hominum simul & Angelorum Do-
minæ ac Reginæ celebrare possunt. Hoc est,
quod hodie colit & veneratur Ecclesia, quod
vniuersa celebrat Christianitas, quod cælum
terramq; lætificat, quod præsentis concione &
celebrare & de prædicare conabor, euiusque
laudes, triumphos & mirabilia canam: tu sa-
cra Virgo cymbam nostram dirige, cumque
tui causa nauigationem instituerimus, tu no-
bis cynosura & helice esto, tuisque ad Deum
intercessionibus præsta, vt Spiritus S. stabrum
auramq; propitiæ sentiamus. Atq; hunc in
finem salutationem Angelicam omnes pro-
puntiabimus.

AVE MARIA.

Magna eorum dementia & infania erant,
auditores, qui vitæ huius miseræ & ærumno-
sæ dulcedine inelcati felicem ac fortunatum
eum putabant diem, quo in mundū exierant,
& sui amore dementati, omni eum plausu ce-
lebrabant: si enim oculos coniecerimus in id,
quod vitæ nobis parat introitus, ingressus, Fatuitas na
commoratio & vitæ, quam in ipso viuimus, talem suum
exiguam gaudendi, sed plurimas lachryman- celebrantiū
di dolendiq; occasionem reperiemus. Et sane
iniquum & impar videatur & rationi aduer-
sarium, diem illum ab homine interbeatos &
albo notandos cælo referti, quo magna cū
infamia in carcerem coiectus est, gehennam
passus est, & quo nō prius egressurus est, quā
dum ad supplicium rapitur. Idem nobis in Mundus
vitæ huius introitu contingere solet, mundū hichominis
enim hunc intrantestristem quendam ingre- est carcer.
dimur carcerē, in quo mille tormenta & mil-
le cruciatus pati debemus, nec eo prius egre-
di datur, quam ad mortem dum rapimur, ne-
fas igitur & indignum diem illum inter feli-
ces recensere.

Hoc perspectum habens Plinius, quamuis Plinius de
alioquin veti Dei cultus ignarus, diem nata- natura ex-
lem suum detestabatur, & cum natura expo- postulabat.
stulabar, quod erga cætera se animalia vt ma-
trem, erga hominem vero solum, vt nouercā,
se exhibuisset. Nec immerito ea expostulatio
deprompta, certumq; est, hominē quam pri-
mum vt in mundum editus est, dupli. i carce-
ri includi, corpore quidem animam, & corpus
mundo, è quo post plurimos exantelatos la-
bores non prius egredi dabitur, quam in ci-
neres & putredinem conuertemur.

Egregia hoc figura è libro Exodi de prom- Exod. 2.
pta faciet manifestius. Moyses è stirpe Leui
prognatus mox vt natus est, in profluentem
deijcitur, & Aegyptiarum aquarum impetum
experiri cogitur, *Posuitq; infantulum inuis, &
exposuit eum in careo is ripa fluminis* Calamita-
tis nostræ augurium & signum manifestum
nos quamprimum vt nati in hunc mundum
venimus, vitæ infortunij obnoxios & flucti-
bus, milleq; aduersitatum hoc in mundo oc-
currentium vorticibus expositos esse.

Hæc